II poſt Epiphan. Johann. 2, 1.——11.

Evangelion hoc, eſt Nuptiarum quarũdam deſcriptio. Habentur autem τὰ

- 1. Περιςατικὰ temporis & loci, quando & ubi fuerint celebratæ, v. 1.
- 2. Προσωπικὰ quæ triplicis generis ſunt:
  - 1. Neogami; Anonymi, qui Nuptiarum ſaltem mentione, Sponſi item, innuuntur, v. 1. 9.
  - 2. Mater DOMINI, quæ ibi fuiſſe dicitur, v. 1. Cognationis & adminiſtrationis ergò, ut ex v. 5. etiam colligitur.
  - 3. Vocati hoſpites: JESUS cum ſuis Diſcipulis, v. 2.
- 3. Πραγματικὰ. miraculoſa Aquæ in vinum mutatio. Rei miraculosè geſtæ,
  - 1. Ἀφορμὴ & occaſio, fuit defectus Vini, v. 3. Hic unà ponitur:
    - 1. Interceſſio Matris JESU pro Neogamis, v. 3.
    - 2. Reſponſum Chriſti ἐπανορθωτικόν. Corrigit enim intempeſtivam matris interpellationem, v. 4. Cæterùm reſponſo hoc, ut nobis videtur duriuſculo, adeo B. virgo non offenditur, ut potius exinde certò colligat ſe voti ſui compotem fore: ideoq; ſtatim miniſtris in mandatis dat, ut juſſa filij ſui diligenter expediant, v. 5.
  - 2. Μορφὴ in dicendo conſiſtit. Dixit enim JESUS, & factum eſt Aqua Vinum. Dicta autem ejus ad miniſtros προστακτικὰ duplicia ſunt:
    - 1. De implendo ſex hydrias (purificationi Judaicæ deſtinatas, quarum ſingulæ metretas binas aut ternas capiebant, v. 6.) Aquâ &c. v. 7.
    - 2. De infundendo ex eis, & offerendo Architriclino, v. 8. qui guſtato vino & Sponſo accerſito, de ordinis inverſione cum eodem, ignorans expoſtulat, v. 9.
  - 3. Ἐκβάν.
    - 1. Φανέρωσις Gloriæ CHRISTI, primò omnium hoc Signo facta, v. 11.
    - 2. Πίςις ſeu fides Diſcipulorum ſuorum in Ipſum, ibid.

III. poſt Epiph. Matth. 8, 1.——13.

JESUS exaudit Preces cujusdam

- 1. Leproſi. Tria hìc annotantur. Precum
  - 1. Tempus; quando precibus ſuis Chriſtum acceſſerit, v. 1. & 2.
  - 2. Materia & forma; quid petierit, & quomodo, v. 2.
  - 3. Effectus, ſive Exauditio. Duo h. l. traduntur:
    - 1. Cura miraculoſa. Contactu namq; atq; Verbo Solo DOMINUS ipſum mundat, v. 3.
    - 2. Præceptum Dominicum, de
      - 1. Fugiendis, ſive de eo, à quo ſibi mundatus cavere debeat: ab intempeſtiva nim. divulgatione, v. 4.
      - 2. Faciendis: quid ipſum facere oporteat & quare, ibid.
- 2. Centurionis pro ſervo Paralytico fuſas. Ponitur autem
  - 1. Locus: Capernaum, v. 5.
  - 2. Oratio Interceſſoria. Hujus
    - 1. Forma, duabus conſtat partibus:
      - 1. Exordiolo εὐνοϊκῶς DOMINE, v. 6.
      - 2. Narratiuncula, cui cauſa juvandi impulſiva ineſt: graviter diſcruciatur, ibid.
    - 2. Finis &c. vide Litt. A.